



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

23. Senatus Urbicus antitypum evulgat. Refutatur à Principe. Cum iteratâ
admonitione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1659.

senti implicent; eam enim nunc, non tantum suam, sed & Imperatoris & Imperij esse: Nec dubitare se, quin pro sua æquitate & prudentiâ Jurisdictionem Cæsaris & Imperij sub quocumque prætextu turbare aut impedire Religioni potius futurum sit, quam rei alienæ se immiscendo, tuendõq; contumaces, inviolatæ amicitia jura rumpere velint, aut temerare. Et oblatam nunc, addit, publico etiam typo Civitati clementiam suam; neque posthac intemperanter, sed paterne duntaxat usuram se jure nunc acquisito.

23.

*Senatus
Urbicus
antity-
pum e-
vulgat.*

At verò Senatus ubi notat evulgatam contra se sententiâ frangi animo civem, antitypo suo variis in locis affixo, diploma Principis haud à contumelia excusat, monentque populum, ne vel sic in errorem se trahi patiatur; sententiam eam præcipitanter, nec servato juris aut Judicij ordine latam, vitio non uno laborare. Diversa legibus antidota præscribi, quorum usu morbus hic facile tolli possit; eademque Senatum non minus sollicitè, quam vigilanter ocyùs etiam adhibiturum: temporis tantisper indulgendum esse.

Hoc Princeps scripto non tam se, quam Cæsarem, Ejusque Concilium unà despici, mox opponit; nec tamen ideò omittere, quin paternam monitionem & oblatam ante clementiam nunc iteret; simulq;

Lectio

Lectorem doceat, sententiam nulla precipitatione, sed parte utraq̃ue annos aliquot fatis, superque auditâ, & argumentis utriusque pluries maturè discussis, neq; præhabito tantum Electorum ac Principum iudicio, sed & adscitis intimis æquè, ac aulicis Consiliariis ipsoque Cæsare approbante & mandante, pronunciata esse. Nec aliud, in controverso *Regalium* jure, Imperij legibus observari. An verò remedia supersint, quorum usu sententiæ istius everio sperari prudenter possit, judicent ij, quorum animi affectionibus partium incorrupti sint. Satis liquere ex novissimis Imperij Constitutionibus, beneficio *Revisionis* non suspendi effectum *executionis*, si cautio interveniat, quæ nullo negotio posset dari. Monet idcirco, & iterum, atque iterum, si quæ mens sit religiosior, consideratius petpendat, expediatne civi maturatâ compositione oblata jam gratiæ se facere participem, an verò extrema seriùs experiri. Et quanquam certius sit, contrarium omnem conatum irritum fore, nolit tamen vel ideò geminatam monitionem, oblationemque desiderari.

Refutatur à Principe.

Cum iteratâ admonitione.

24.

At Monasterienses spem omnem, si duciamque in tribus obfirmabant. Erat *via nullitatis*, *Restitutio in integrum*, *Revisio actorum*. Non posse, sic gratiæ, vatis,

Monasterienses criminantur sententiam.